

ipsa in remissionem omnium peccatorum et consequatur fructum bonę operationis ad
 capessendum inestimabile premium ęternę retributionis. Amen. Ecce subest testium per
 nomina descriptio. Rabodo prepositus. Ernest prepositus. Hildebrant prepositus de Lusi-
 nice. Azzo abbas de Bozouue. Rōdolfus abbas de Bōrglin. Adeloldus abbas Portensis.
 5 Gerbodo decanus maioris domus. Trutwinus. Albero. Conradus. Hartmannus. Gerlacus.
 Manegoldus canonici. Gerardus et Martinus de Ciza canonici. Tedo comes. Hermannus
 de Salecke. Bertoldus de Grizlau. Reinhardus de Bobluz. Heinricus de Wetha et
 alii multi.

Actum anno ab incarnatione domini M̄CLXV, indictione XII,
 10 ordinationis domni Vtonis episcopi v̄.

(SJD.)

325.

*Kaiser Friedrich I. übergibt der Stiftskirche zu Meißen das ihm von König Wladislaw von Böhmen
 zur Entschädigung für die derselben zugefügten Verluste aufgelassene, zu den Reichslehen gehörige*
 15 *Dorf Prezez im Gau Milzana. — Zeugen: Markgraf Dietrich, Landgraf Ludwig, Graf Dedo,
 Grafen Heinrich und Friedrich. Altenburg, 1165 Febr. 26.*

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 69. Siegel = Heffner V. 33.
 Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 1,58. Stumpf 4040.*

C. : In nomine sancte et individue trinitatis. Fredericus divina favente clementia
 20 Romanorum imperator augustus. : | Divinis et salutaribus sanctarum scripturarum docu-
 mentis et predecessorum nostrorum regum et imperatorum frequenter | ammonemur
 exemplis, ut ęcclesias dei summa devocione ac benignitate ditemus easque modis, quibus
 possumus munere gratię nostrę | ampliare et sublimare non cessemus. Omnibus igitur
 imperii nostri fidelibus tam futuris quam presentibus notum esse volumus, quod nos divine
 25 remunerationis intuitu et pro remedio anime nostrę ex imperiali clementia villam quandam
 Prezez nuncupatam in pago Milzana sitam ęcclesie Misinensi, que in honore beati Iohannis
 apostoli et ęwangelistę et beati Donati consecrata est, cum omnibus pertinentiis eius con-
 cessimus tam in agris quam in silvis pratis pascuis aquarumve decursibus molis et molen-
 dinis piscationibus et venationibus terris cultis et incultis exitibus et redditibus et cum omni
 30 iure et servitio et utilitate, quę nunc eidem ville inest vel in posterum poterit provenire.
 Noverit etiam omnium tam futurorum quam presentium fidelitas, qualiter dilectus noster
 Wladizlaus Boemorum rex prefatam villam, quam in beneficium a nobis habebat, pro
 preda et incendio, quod Misinensi ęcclesię intulerat, in restauratione dampni in manus
 nostras resignavit ea conditione, quod de manu nostra predictę ęcclesie concederemus et
 35 auctoritate privilegii huius ei confirmarem, quod et factum est, sicut presens pagina
 testatur. — — Huius rei testes sunt. Wladizlaus rex et fratres eius Tipoldus et Hein-
 ricus. Wicmannus Magdeburgensis archiepiscopus. Euerardus Bambergensis episcopus.
 H[ermannus] Uerdensis episcopus. Daniel Pragensis episcopus. Gerungus Misinensis
 episcopus. Iohannes Mersburgensis episcopus. Marchio Albertus. Marchio Otto. Marchio